

Alte Drucke

**HISTORIA || Lazari à Christo in vitam revocati ex || 11. capite
Johannis, elegiaco car-|| mine conscripta, || AC ||
NOBILITA-||TE GENERIS, PIETA=||TE ...**

Werner, Christoph

Lemgoviae, 1590

VD16 ZV 30739

NOBILITATE GENERIS, PIETATE ET ERUDITIONE CONSPICUIS ADOLESCENTIBUS
JOHANNI & GERHARDO CLAMERO á BUSCH, fratribus germanis, Dominis &
amicis suis plurimum colendis, Christopherus VVernerus S.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148759

NOBILITATE GENERIS,
PIETATE ET ERUDITIONE CON-

SPICUIS ADOLESCENTIBUS JOHANNI & GERHARDO CLAMERO à BUSCH, fratribus germanis, Dominis & amicis suis plurimum colendis,

Christophorus VVernerus S.

CLari sanguine, BUSCHII, parentum,
Nec non delitiae novem sororum,
Miti suscipite quæso vultu,
Quem vobis ego dono, suscitatum
Quartum LAZARON in diem sepultum.
Vos quamvis generis celebritate
Multos exsuperetis, & nitente
Auro: pro nihilo tamen putatis
Aurum cum generis celebritate,
Ni mores simul elegantiores
Adjungatis, & eruditionem.
Hinc est quod pietate sanctiore
Flagratis, pariterq; (dum tenetis
FONTES ESSE SCIENTIAS BONORUM)
Mirè Castalias stitis undas,
Docto pocula plena pædago
Propinante SIGLENIO, verendum
Qui virtutis & eruditionis
Vobis instar adest, & incitamen.
Et certè (mihi si licet profari)
Non est nobilis ille judicandus,
Qui nullis animi bonis decorus,
Tantum stemmata jactitat paterna,
Et census: aliena namq; jactat.

VIR

VIRTUS NOBILITAT VIROS, & una
Magnos evehit ad Deos, & una
Cultori tribuit perennitatem.

Ergo dum colitis celebriores
MUSAS, vos etiam celebriores
Reddent perpetuo decore MUSAE,
Clari sanguine, BUSCHII, parentum,
Nec non delitiæ novem sororum.

Lemgoviz e Musæo nostro
3 Idus April.

DE FRUCTU ET UTILITATE HUIUS HISTORIÆ.

Postquam te reducem, SALUTIS AUTHOR,
Ex umbris Erebi tenebricosis
Luci restituit sereniori,
Quartum LAZARE jam diem perempte,
Quartum LAZARE jam diem sepulte:
Hinc convincimur evidentiori,
Et nulli ratione diluenda,
Quod vitæ DOMINUS neq; CHIRSTUS
Posit nosq; velit resuscitare
Imis, luce novissima, sepulchris,
Et credentibus, hac piè peracta,
Sit tandem melior parata vita,
OMNIFELLE CARENS QUIETA VITA,
OMNIMELLE FLUENS BEATA VITA.
Quod dum fabula reprobis putatur
Nugis futillior Catullianis,
Indulgent vitiis suis habenas,
Et vitam pecudi similliore
Degunt, Sardanapalon ut nefandum,
Aut ausis Epicuron execrandis
Inres e stygia redisse sede.

A 2

At non

At non impietas probatur ista
Verè Christigenis, sed hi fidei
Credunt pectore tempus affuturum,
Quo, qui pignora chara derelictæ
Solamen viduæ resuscitavit,
Exstinctæq; tuæ, JAIRE, natæ
Vitam reddidit, atq; funeratum
Quantum LAZARON in diem sepulchris
Excivit tremulis, et ipse tandem
E tellure caput levavit altum
Rex vitæ domitorq; mortis, idem
E tumbis revocabit exoletis
Olim corpora functa, transferetq;
Nos ad gaudia sempiterna vitæ.



HISTO.